

3452.

1348 Aug. 9.

Hemming Jonsson i Lundby bortbyter till abbedissan Inga Birgersdotter och konventet i Vårfruberga ett halft öresland i Grydby (Gredby) och 10 penningland i Årby uti Gamlaklosters (nu Fogdö) socken mot 2 örtugland och 2 penningland i Hyfvena.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Hæmingus Joonson in Lunby salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognosco me cum deuotis in Deo dominabus Inga Byrgersdotter abbatissa totoque conuentu in monte beate virginis quoddam prediorum concambium fecisse secundum leges patrie, videlicet quod eisdem dominabus dimidiam oram terre in Grydhby et decem denarios terre in Aarby, parochia Gamblæcloster, cum singulis adiacenciis quibuscunque nullis penitus exceptis, pro duobus solidis et duobus denariis terre in Hiuinum in parte aquilonari agri sitis cum singulis, vt predictum est, pertinenciis, nullis vero exceptis, quos mihi eedem domine annuerant, contulisse certitudinaliterque assignasse, omni mihi meisque heredibus ablata facultate predictum concambium reuocandi seu aliquomodo impediendi, transferens igitur in prefatas dominas omne proprietatis dominium antedictam terram possidendi, vendendi, permutandi seu, quouismodo voluerint, libere ordinandi. In cuius rei euidenciam firmiorem sigilla virorum nobilium domini Thordonis curati in Jædhær, Olai in Gorsungum et Benedicti Joonson in Rumpsø dilecti germami(!) mei, dum proprio sigillo non vtente(!), instanter peto presentibus hiis apponi. Scriptum anno Domini m^occc^oxl^o octauo vigilia sancti Laurentii martiris gloriosi.

På baksidan (med annat bläck): De quibusdam terrulis in Grydhby et Aarby.

Sigillen i röda påsar söndersmulade.

4353.

1348 Aug. 9.

Ingerun i Hyfvena, Petrus Snik i Vigloghe, Ragvald i Hesselby och Holmger i Vigloghe bortbyta till abbedissan Inga Birgersdotter och konventet i Vårfruberga jord i Åsby och Rällinge i Helgarna (Helgarö) socken, Viggeby, Hannemyre och Skedarna i Gamlaklosters (nu Fogdö) socken mot annan sådan i Hyfvena i Jäders socken.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presentes litteras inspecturis Ingerwn in Hiuinum, Petrus dictus Snik in Vighloghum, Ragwaldus in Hasleby et Holmgerus in Vigloghe salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi, tam posterius quam presentes, nos cum religiosis in Christo et deuotis dominabus Inga Byrgersdotter abbatissa totoque conuentu in montis beate virginis monasterio quoddam prediorum fecisse concambium, videlicet quod eis dominabus quatuor solidos terre dimidio alio denario minus in Aasby, dimidium solidum terre in Rellinge, parochia Hælgharnæ, in Vighby dimidium solidum terre, duos solidos cum dimidio et vnum denarium terre in Hammyre, vnum vero denarium cum tercia parte vnus denarii in Skiædhar-